

DOMINICVS SILVIVS⁶³

V E L

S E L V V S
D U X XXXI.

Electus Anno 1068. obiit Ann. 1084.

INSCRIPTIO ANTIQVA.

*Armatus repuli Guiscardum Marie Robertum
Dyrachii hinc Dominum me vocat Presul Alexis.*



H Vmanę vicissitudinis accipe historiam, non fabulam
ut legas, & lugeas. Contareno Duci cum Nenias
canerent, non adhuc absoluto funere, in eodem
Templo ludit populus, loquę canit Dominico Sil-
vio. Luctu in citharam verso, subita acclamatione
salutant Principem. Habuit iste coniugem Gręci fa-
stus & superbię plenam, Byzantii natam, quę ad lavandum aqua
spreta communi, floribus aurantiis, Rosarumque uteretur, ut
adeun.